

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Deuocio g
cum fonte primo

Viros ad offerenda Deo munera
uenientes in medio ciuitatis interficit
quia diuinis deditae operibus mentes
nisi magna se circumspectione custodiant, subripiente hoste,
dum deuotionis portant hostiam in ipso itinere perdunt uitam.

Gregorius ibidem (in omelia) et in moralibus.

Viros ergo ad offerenda Deo munera
uenientes in medio ciuitatis interficit,
quia diuinis deditae operibus mentes
nisi magna se circumspectione custodiant, subripiente hoste,
dum deuotionis portant hostiam in ipso itinere perdunt uitam.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 1.36 (CCSL 143, M.
Adriaen ed., pp.54-5, ll.81-85).